

9745
No: 773.
1764, 10.

DE
A E Q V I T A T E
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS
CONSENSV
P R A E S I D E
D. HENR. GODOFREDO BAVERO

SVPREM. CVR. PROVINCIAL. ET CONSIST.
LIPSIENS. ADV.

IN AVDITORIO ICTORVM

D. XXV. FEBR. A. C. MDCCCLXI.

DISPVTA BIT

IOHANNES GOTTHOLD SCHILLING
GRVNST. MISN.

L I P S I A E
EX OFFICINA LANGENHEIMIA.

DB
AEVIALTE
HISTORIÆ ET GÖTTLICHEIS
GÖTTLICHEIS
GÖTTLICHEIS
D. HENR. GODFREDO DVAERO
SAPERE CAE PROZINCIALE ET CONSILIUM
IN ADDITIONE ETOLYMI
DE MUNIBUS AEGAE INCENSARI
DISPUTAT
HOMINIS GÖTTLICHE SCHILLING
CITAS
EZ QAZIOMA EMINENIUM



§. I.

In eo nuperrime versabar, quod et *Difficulitas de-*
iam praefitissi mihi videor, ut di-*finiendi aequi-*
uersam, a iustitia naturali, aequitatem*tatem demon-*
stratur.
probarem. Id vero cum ad de-
monstrandam nullius rei essentiam
qualitatemque sufficiat, ut alia, a quibus differat, recen-
seamus, ipsa res hanc mihi prouinciam commendat,
ut aequitatem ipsam penitus introspiciam, neque adeo
coeptum nuper opusculum more multorum plus
quam imperfectum relinquam. Quae sane res non
exigu laboris est. Quodsi enim de vlla re vehemen-
ter obvia et nemini ignota dici potest, quod de plu-
rius

III
DE AEQUITATE.

rimis eiusmodi dicendum esse agnoscunt omnes, facilius percipi eas, quam verbis exponi, posse, idque, quod admodum vagus est, et late nimis patet earum ambitus, de aequitate profecto in primis dicendum est. Quod agnouisse veteres ex taciturnitate eorum facile colligimus. Occurrit in Iure nostro vel centies aequitas, nullibi, quantum quidem inter nos constat, illius definitio.

§. II.

*Non ex Iure
ea, sed Philo-
sophia, peten-
da est.*

Meque, quod fateor, hoc vehementer cruciavit, quod ex praeceptis iuris nostri commodam aequitatis definitionem eruere studui, qua in re parum profecit, nec miror, quod parum profecerit mea industria. Ex quo enim de propriis aequitatis, et, in quo versari soleat debeatque, aliquanto cogitavi curiosius, tandem inuenisse mihi videor, nequitam ex ICtorum responsis et Principum constitutionibus petendam, sed ex ipsis naturae veraeque adeo Philosophiae praeceptis huiusmodi esse veram illius definitionem. Quod vel ex hoc solo facile possis colligere, quod nemo affirmare sustinuit, nec affirmare vlla veritatis specie potest, propriam esse ICtis aequitatem, ut potius sponte fatearis, eandem omnibus hominibus esse, id est, esse debere communem.

§. III.

§. III.

Quodsi igitur ad ipsam naturam humanam re- *Aequitatis de-*
spicio, habita simul verbi, quo denotare rem ipsam con-
sueuimus, ratione, videtur mihi aequitas definiri posse
per habitum, vel animi constantiam, tribuendi aliis id,
quod, nobis quoque ab aliis praestari, licite optamus.
Nec putes, si his terminis aequitatem continemus,
nihil eam a iustitia differre, quam dicit Vlpianus con-
stantem et perpetuam voluntatem, ius suum cuique
tribuendi. Haec enim ius tantum, id est, ea tribuit
alteri, quae, si negata fuerint, exigi potuissent. Aequi-
tas vero ea etiam aliis tribuit, quae, si nobis conce-
dantur, recte et laudabiliter id fieri, omnes agnoscunt,
in quibus tamen exigendis naturali lege destituimur.
Ex quo apparet, latius iustitia patere aequitatem,
nisi forte respexeris ad iustitiam, quam attributricem
vocant, sive eam, quae obligationibus etiam imperfe-
citis satisfacit, quaeque ab aequitate nostra non re, sed
nomine solum, differt.

§. III.

An igitur ferendum erit, quod CICERO Topic. *Monita ad Ci-*
Ius dicit aequitatem his, qui eiusdem ciuitatis sunt, con-
stitutam. Non putarem. Aliae ex aequitate, aliae ex *ceronis, delare*
iustitia obligationes et officia dimant. Quod qui-
a 3 *Ciu. definitio-*
dem, *nem.*

dem, si ad Ius Ciuale, indeque profluentem iustitiam Ciualem, spectamus, omni dubio caret, cum plurimis, iisdemque fortissimis, probari argumentis possit. Consideremus loquendi usum, quis coniungi saepius cum iustitia, ab eaque secessi, aequitatem negauerit. Quo pertinet vulgatissimum illud, quo sumnum ius summa saepius esse iniuria dicitur. Ex quo autem alio fonte verborum appellations, si non ex loquendi usu, ducendae sint, haud equidem intelligo.

§. V.

Eiusdem argumenti continuatio. Sed quid opus est, in re perspicua, et per se clara curiosius laborare? Estne perpetua in Iure Nostro inter strictum ius, et aequitatem, distinctio? Quo, praeter centum alia iuris capita, in primis etiam pertinet illa **V L P I A N I** in *I. 12. D. qui et a quib. miss. lib. sunt.* sententia, quae his verbis continetur, tur: *quod quidem perquam durum est, sed ita lex scripta est.* Idemque confirmat notissima illa iudiciorum, in stricti iuris, et bonae fidei, diuisio. Etsi enim propugnare non est animus, vnam candemque bonitatem et aequitatem esse, ut potius admittam, et propugnem, distincta atque diuersa haec duo esse, qua de re, alia occasione, quid sentiam, declarabo, hoc certe nouimus, in iudiciis bonae fidei iudicare ex bono et aequo iudicem, in illis vero stricti iuris

ne


ne latum quidem vnguem a formula praecripta rece-
dere potuisse, §. 30. I. d. *Action.* Ecquis vero ne-
get, insignem Ciuilis Iurisprudentiae partem ius
strictum constituere. Quam si vero constituit, si dif-
fert, quod vtrumque probatum est, ab aequitate,
quis consequi negauerit, definitionem, qua Ius Ci-
uile dicitur aequitas his, qui eiusdem ciuitatis sunt, pro-
posita, esse definito suo angustiorem?

§. VI.

Quid igitur? An homine latino, et eo quidem *Vera Ciceronis sententia ex-*
excellentissimo, summaeque, inter omnes, suac pariter *planatur.*
ac nostrae aetatis, eosque summos Viros, auctoritatis,
hoc igitur an sapientior et in eruenda quidem verbi
latini notione sapientior, mihi videar, quod ab ho-
mene arrogantissimo alienum putarem, a nobis vero,
nullo minus, quam arrogantiae, crimine compellandis,
alienissimum esse debet? Neutquam. Neque ta-
men quae disputauit de aequitate, quum vera cognouerim,
falsa esse vñquam concedam. Et vtrumque
simul stare posse propugno. Mea enim hac de re
sententia haec est, non id egiſſe Ciceronem, vt tan-
quam ICtus definiret ius Ciuale quale sit, sed, vt Phi-
losophus praeciperet, quale deberet esse, vtque adeo
significaret, id agendum esse legum conditoribus,
si quae viderint probabilia et vtilia ciuibus suis vel

non

non contineri Naturalis iustitiae praecepsis, vel etiam cum iis certa ratione pugnare, ea ut, magistra aequitate, corrigerent, et auctoritate sua confirmarent. Non enim omnia, quae, cum offensione quadam praceptorum Naturalium, publicae salutis causa, constituta videris, ex hoc ipso facile aequa dixeris, et si, quod utilia aestimantur, prudenti consilio constituta esse admitti lubentius potest, leuiterque notandus esse propterera mihi videtur A N T . F A B E R Ipr. Papin. Tit. I. Princ. II. Illat. IV. verb. final. quod dicit; *nunquam fieri potest, ut, quod publice sit utile, id ipsum etiam aequum non existimetur*, neque adeo inter prudentiam aequitatemque curiose satis distinguit.




ULB Halle
007 114 605

3



WONR

B.I.G.



No: 773.
1763, 10.

D E

A E Q V I T A T E

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS

C O N S E N S V

P R A E S I D E

D. HENR. GODOFREDO BAVERO

S V P R E M. C V R. P R O V I N C I A L. E T C O N S I S T.
L I P S I E N S. A D V.

I N A V D I T O R I O I C T O R V M

D. XXV. FEBR. A. C. M D C C L X I.

D I S P V T A B I T

I O H A N N E S G O T T H O L D S C H I L L I N G

G R V N S T. M I S N.

L I P S I A E

E X O F F I C I N A L A N G E N H E I M I A.